

Praecursore magnificentiam collaudare, qui vocem Matris Domini nondum editus sensit, et adhuc clauso utero, adventum salutis humanae prophetica exultatione significavit. Qui et genitricis sterilitatem conceptus abstulit, et patris linguam natus absolvit, solusque omnium prophetarum Redemptorem mundi, quem praenuntiavit ostendit. Et ut sacrae purificationis effectum aquarum natura conciperet, sanctificandis Jordanis fluentis, ipsum baptismo baptismatis lavit Auctorem. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus sine fine dicentes:

Communion ☐ Luke 1. 76

Tu, puer, propheta Altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem Dómini parare vias eius.

Postcommunion

Sumat Ecclesia tua, Deus, beáti Joánnis Baptistae generatione laetitiam: per quem suae regenerationis cognovit auctorem, Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit ...

John the Baptist, the Precursor, Who, yet unborn, felt the voice of the Mother of the Lord, and, Yet enclosed in the womb, foreshowed with Prophetic exultation the advent of human salvation: Whose conception removed the sterility of his mother and whose birth loosed the tongue of his father: who alone among all the prophets pointed to the Redeemer of the world, Whom he foretold: and, that the nature of water might take on the effect of sacred purification for those to be sanctified in the flow of the Jordan, washed in baptism the Author of Baptism Himself. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominions, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn to Thy glory, evermore saying:

Thou, child, shalt be called the Prophet of the Most High; for thou shalt go before the face of the Lord to prepare His ways.

Let Thy Church, O Lord, rejoice at the birth of blessed John the Baptist; through whom she came to know the Author of her own new birth, even our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who with Thee liveth ...

Saint Rose Latin Mass Propers

Nativity of John the Baptist

Introit ☐ Isaiah 49. 1, 2

De ventre matris meae vocavit me Dóminus nomine meo: et posuit os meum ut gladium acutum: sub tegumento manus suae protexit me, et posuit me quasi sagittam electam. *Psalm.* Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo, Altissime. Glória Patri ... – De ventre matris ...

The Lord hath called me by my name from the womb of my mother, and He hath made my mouth like a sharp sword; in the shadow of His hand He hath protected me, and hath made me a chosen arrow. (*Psalm 91. 2*). It is good to give praise to the Lord, and to sing to Thy name, O Most High. – Glory be to the Father ... – The Lord hath called ...

Collect

Deus, qui praesentem diem honorabilem nobis in beáti Joannis nativitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiórum; et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis aetérnae. Per Dóminum nostrum ...

O God, Who has made this day worthy of honor by the birth of blessed John: grant to Thy people the grace of spiritual joys, and direct the minds of all the faithful in the way of eternal salvation. Through our Lord ...

Epistle ☐ Isaias 49. 1-3, 5, 6, 7

Audíte, insulae, et attendite, populi, de longe: Dóminus ab útero vocavit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in umbra manus suae protexit me, et posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi: Servus meus es tu, Israel, quia in te gloriabor. Et nunc dicit Dóminus, formans me ex útero

Give ear, ye islands, and hearken, ye people from afar. The Lord hath called me from the womb, from the bowels of my mother he hath been mindful of my name. And he hath made my mouth like a sharp sword: in the shadow of his hand he hath protected me, and hath made me as a chosen arrow: in his quiver he hath hidden me. And he said to me: Thou art my servant Israel, for in thee will I glory. And now saith the Lord, that formed me from the womb to be his

servum sibi: Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae. Reges videbunt, et consurgent principes, et adorabunt propter Dóminum et sanctum Israel, qui elegit te.

Gradual ☐ Jeremiah 1. 5, 9

Priusquam te formarem in útero, novi te: et antequam exires de ventre, sanctificavi te. Misit Dóminus manum suam, et tetigit os meum, et dixit mihi.

Allelúia, allelúia. Tu, puer, propheta Altissimi vocaberis: praeíbis ante Dóminum parare vias eius. Allelúia.

Gospel ☐ Luke 1. 57-68

Elisabeth impletum est tempus pariéandi, et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius, quia magnificavit Dóminus misericordiam suam cum illa, et congratulabantur ei. Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit, dicens: Joannes est nomen eius.

servant: Behold, I have given thee to be the light of the Gentiles, that thou mayst be my salvation even to the farthest part of the earth. Kings shall see, and princes shall rise up, and adore for the Lord's sake, because he is faithful, and for the Holy One of Israel, who hath chosen thee.

Before I formed thee in the bowels of thy mother, I knew thee: and before thou camest forth out of the womb, I sanctified thee. The Lord put forth His hand, and touched my mouth: and said to me.

Alleluia, alleluia. (*Luke 1. 76*) Thou, child, shall be called the Prophet of the Highest; thou shalt go before the Lord to prepare His ways. Alleluia.

Now Elizabeth's full time of being delivered was come, and she brought forth a son. And her neighbors and kinsfolks heard that the Lord had shewed his great mercy towards her, and they congratulated with her. And it came to pass, that on the eighth day they came to circumcise the child, and they called him by his father's name Zachary. And his mother answering, said: Not so; but he shall be called John. And they said to her: There is none of thy kindred that is called by this name. And they made signs to his father, how he would have him called. And demanding a writing table, he wrote, saying: John is his

Et mirati sunt universi. Apertum est autem illico os eius et lingua eius, et loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eórum: et super ómnia montana Judaeae divulgabantur ómnia verba haec: et posuerunt omnes, qui audierant in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Dómini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu Sancto, et prophetavit, dicens: Benedíctus Dóminus, Deus Israel, quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.

Offertory ☐ Psalm 111. 13

Justus ut palma florebit: sicut cedrus, quae in Libano est, multiplicabitur.

name. And they all wondered. And immediately his mouth was opened, and his tongue loosed, and he spoke, blessing God. And fear came upon all their neighbors; and all these things were noised abroad over all the hill country of Judea. And all they that had heard them laid them up in their heart, saying: What an one, think ye, shall this child be? For the hand of the Lord was with him. And Zachary his father was filled with the Holy Ghost; and he prophesied, saying: Blessed be the Lord God of Israel; because he hath visited and wrought the redemption of his people.

The just shall flourish like the palm-tree; he shall grow up like the cedar of Libanus.

Secret

Tua, Domine, muneribus altaria cumulámus: illius nativitatem honore debito celebrantes, qui Salvatorem mundi et cecinit adfuturum, et adesse monstravit, Dóminum nostrum Iesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit ...

We heap our gifts upon Thine altars, O Lord, as we celebrate with due honor the Birthday of him who both proclaimed the coming of the Savior of the world and pointed Him out when come, even our Lord Jesus Christ, Thy Son, who liveth ...

Preface of St. John the Baptist

Vere dignum et justum est, aequum et salutare nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sáncte Pater, omnipotens aeternae Deus: Et tuam in beato Joanne Baptista

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God. And to praise Thy magnificence also in blessed